

Chronik der Strassburger Franziskaner-Provinz.

(Mitgetheilt von P. Leonhard Lemmens O. F. M.)

Eine der bedeutendsten Provinzen des Franziskanerordens im Mittelalter war die Strassburger oder oberdeutsche, welche im Jahre 1239 gegründet wurde und das heutige Süddeutschland umfasste. Wir sind über ihre Geschicke verhältnissmässig gut unterrichtet, besonders dank der vorzüglichen Chronik Glassberger's, welche diese Provinz, ihre Minister und Klöster vorwiegend berücksichtigt.¹ Auf Grund der überlieferten Nachrichten hat P. Eubel eine gute Geschichte der genannten Provinz geschrieben.²

Bemerkenswerthe Beiträge und Ergänzungen liefert nun für die ersten 100 Jahre eine kleine Chronik, welche sich in Codex lat. 4349 der kaiserlichen Hofbibliothek zu Wien findet, und welche hier der Oeffentlichkeit übergeben wird.³

Fragen wir zunächst nach dem Verfasser der Chronik, so ist es nicht schwer, die Zeit und den Ort ihrer Entstehung festzustellen. Die Chronik schliesst mit dem Jahre 1325; dass wir es aber nicht mit dem Bruchstücke einer längeren Schrift zu thun haben, wird durch den Umstand gezeigt, dass man deutlich in den Aufzeichnungen der letzten Jahre den Bericht eines Augenzeugen erkennt. Ebenso lässt die Chronik klar den Ort ihrer Entstehung erkennen.

¹ Gedruckt in *Analecta Franciscana* Band II. (Quaracchi 1887).

² *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoriten-Provinz.* Würzburg 1886.

³ In den *Tabulae codicum MSS. bibliothecae Palat. Vindob.* Band III N. 4349 ist die aus dem 15. Jahrhundert stammende Handschrift näher beschrieben; es heisst daselbst über unsere Bl. 3a—12a stehende Chronik: „Breve chronicon ordinis fratrum minorum cum nominibus provinciarum et ministrorum generalium usque ad tempus concilii primi Lugdunensis;“ statt „concilii Lugdunensis“ muss es heissen „*capituli* Lugdunensis;“ auch spricht man besser von einer Chronik der Strassburger Provinz, als des Ordens.

Sie berücksichtigt fast nur die Custodie Basel und vor allem das Kloster Basel, so dass man kaum mit der Vermuthung irre geht, der Verfasser sei Mitglied des Basler Franziskanerklosters gewesen.

Näheres lässt sich indes über den Auktor nicht sagen; von den schon bekannten Chronisten der Strassburger Provinz kommt keiner in Frage. Johannes von Winterthur z. B. wurde erst im Anfange des 14. Jahrhunderts geboren; im Jahre 1309 war er nach seiner eigenen Angabe „nuperrime scholis applicatus“;¹ auch ist seine Chronik nach Inhalt und Darstellung von der unsrigen durchaus verschieden. Noch mehr gilt letzteres von einer andern Arbeit eines süddeutschen Franziskaners, von der unter dem Namen „Flores temporum“ bekannten Chronik,² so dass auch ihr Verfasser ausser Betracht bleibt. Vor der Hand müssen wir uns also mit dem Schlusse bescheiden, dass unsere kleine Chronik in den ersten Jahrzehnten des 14. Jahrhunderts im Kloster zu Basel entstanden ist.

Wenn wir nun einen Blick auf die Quellen derselben werfen, so zeigt ein flüchtiger Vergleich, dass dem Chronisten die bekannte Chronik des Br. Jordan von Jano vorgelegen hat;³ manchmal hat er seine Angaben wörtlich derselben entnommen, und es lag ihm nicht nur das mit dem Jahre 1238 schliessende Bruchstück vor, welches wir besitzen, sondern die ganze Arbeit, welche Br. Jordan aufgezeichnet hat.⁴ Für den grössern Theil der spätern Aufzeichnungen ist der Verfasser Augenzeuge oder Zeitgenosse, und man gewinnt den Eindruck, dass er mit Treue und Genauigkeit niedergeschrieben; so versäumte er es nicht, seinen Bericht über Konrad von Marburg zu ändern, nachdem er andere Nachrichten erhalten. Einigemale weicht seine Zeitangabe von der üblichen um ein Jahr ab; man darf das der damals unbestimmten Zählweise zuschreiben.

Der Inhalt der Chronik ist derselbe, wie in den zahlreichen andern Klosterchroniken im strengeren Sinne; sie beschränkt sich vorwiegend auf das Kloster und beansprucht so nur ein engeres

¹ Vgl. Archiv für schweizerische Geschichte, Bd. XI. (Zürich 1856) S. 53.

² Vgl. M. G. H. Ss. Bd. 24 S. 230 ff.

³ Vgl. Analecta Franciscana Bd. I (Quaracchi 1885).

⁴ Man vgl. z. B., was unsere Chronik über die Dauer des Generalates des Br. Albert von Pisa sagt, mit den Angaben Glassberger's (a. a. O. S. 62).

Interesse. Ein grosses Verdienst hat sie dadurch, dass manche Jahreszahlen z. B. bei Klostergründungen richtig gestellt werden; andere unsichere Punkte in der Geschichte der Strassburger Provinz — z. B. die ersten Provinzialminister — werden leider nicht erwähnt. Die lebhafteste Schilderung der Streitigkeiten, welche 1318 und 1321 zu Basel zwischen Clerus und Kloster bestanden, liefert einen beachtenswerthen Beitrag zum 2. Abschnitt der Geschichte Eubel's.

In der genannten Handschrift folgen auf unsere Chronik mehrere Zusammenstellungen von Obern und Provinzen des Franziskanerordens; einige derselben werden hier zum Abdruck gebracht.¹

(Fol. 3a) Anno ab incarnatione Domini 1181 natus est beatus Franciscus Domino disponente.²

Anno Domini 1206 coepit ordo fratrum minorum sub beato Francisco in Thuscia apud Assisium in loco, qui dicitur ad sanctam Mariam de Portiuncula vel ad sanctam Mariam de Angelis, quem Innocentius papa tertius approbavit et fratribus mandatum de poenitentia praedicanda dedit 1209.³

Anno autem Domini 1223 Laterani 3. Calendas Decembris a domino papa Honorio tertio regula et vita fratrum minorum confirmata est et bullata et in registro papae de novo ad primum posita; ideo per capitula generalia nihil addi, nihil minui potest, nihil mutari in ipsa, quae a quatuor peritis est conscripta videlicet a beato Francisco et fratre Caesario Theutonico, domino Hugone cardinale, episcopo Hostiensi, qui post factus papa vocatus est Gregorius nonus, et domino Raynaldo, ejus capellano, qui post factus papa vocatus est Alexander quartus.

Huic ecclesiae beatae Virginis de Portiuncula obtinuit beatus Franciscus tantam gratiam et indulgentiam, ut quicumque veniret

¹ Die Chronik wird hier nach der heute üblichen Schreibweise veröffentlicht.

² Vor dieser Angabe stehen noch die Worte: „In Bethlehem Judae natiuitas Domini nostri Jesu Christi secundum carnem anno imperii Augusti Caesaris 42, a conditione urbis Romae 752, Olympiadis centesimae nonagesimae tertiae, expletis a mundi creatione annis 5199, in cujus adventu facta est pax per universum orbem 6 annis ante ortum et 6 post ejus ortum. — Nach der von Wadding (Bd. I. S. 16), den Bollandisten (Okt. Bd. 2 Comm. praevius N. 54 und 55) und den neuern Biographen vertretenen Meinung wurde der hl. Fr. 1182 geboren. Vgl. zur Chronologie seines Lebens die Bollandisten (a. a. O. N. 136 ff.) und Panfilo da Magliano O. M., Storia compendiosa di s. Francesco e dei Francescani, Bd. 1 (Rom 1871) Kap. 1 N. 4—11.

³ Ueber den Zusatz „in Thuscia“ vgl. Wadding Bd. 1. S. 18 N. VI.

in eam a vespere primae diei mensis Augusti usque ad vesperam secundae diei tam nocte quam die contritus et confessus, dimittentur ei omnia peccata sua, quae commisit a die baptismatis usque ad horam illam, qua ingreditur ecclesiam supradictam. Haec indulgentia confirmata fuit per dominum papam Honorium supradictum et publicata ex parte papae ante dicti per venerabiles episcopos subscriptos, videlicet episcopum Assisinatem, episcopum Perusinum, episcopum Tudertinum, episcopum Spoletanum, episcopum Fulginatam, episcopum Nucerinum et episcopum Eugubinum, praesente venerabili patre sancto Francisco et fratribus suis et multa populorum concursione.

A. D. 1226 (3 b) obiit sanctus Franciscus quarto Nonas Octobris die sabbati, et 1228 est canonizatus 17. Calendas Augusti die Dominica et 1230 translatus ad ecclesiam in ipsius honorem constructam octavo Calendas Junii. Ad magnificentiam igitur beati Patris Francisci nota, quod Gregorius papa nonus composuit primum hymnum ejus „Proles de coelo prodiit“ et octavum responsorium scilicet „De paupertatis horreo“; item antiphonam istam „Plange turba paupercula.“ Dominus Thomas Capuanus cardinalis edidit secundum hymnum, scilicet „In coelesti collegio“ et quartum, scilicet „Decus morum“ et septimum responsorium, scilicet „Carnis spicam,“ et illam antiphonam „Salve sancte Pater.“

Dominus Rainerius de Viterbio cardinalis fecit tertium hymnum, scilicet „Plaude turba paupercula“, et illam antiphonam „Coelorum candor.“¹ Alia omnia, quae ad historiam cantus spectant, edidit vir probatissimus in scientia et vita, frater Julianus Theutonicus. Dominus Philippus cancellarius Parisiensis composuit prosam illam, scilicet „Exprimantur“;² legendam vero, quae incipit „Apparuit gratia Dei“ edidit sanctae memoriae frater Bonaventura, primo magister theologiae, post multo tempore generalis minister ordinis minorum, demum venerabilis cardinalis episcopus Albanensis.

Anno ab incarnatione Domini 31 tertio Calendas Maji coepit ipse Dei filius Christus praedicare et incepit vita Apostolorum.

A. D. 325 coepit ordo monasticus sub beato Antonio in Thebaida.

A. D. 1232 canonizatus est beatus Antonius a Gregorio papa nono.

¹ Vgl. Wadding (ad 1228 N. 78), dessen Darstellung in verschiedenen Punkten abweicht.

² Diese Sequenz fehlt in den bekannten Sammlungen; bei Dreves S. I., *Sequentiae ineditae* 3. Folge (Leipzig 1891) findet sich eine auf den hl. Franziskus (N. 235), welche beginnt: „Eructetur dulce melos.“

A. D. 370 coepit divinum officium cantari.

A. D. 403 (?) coepit ordo regularium canonicorum.

A. D. 527 coepit ordo nigrorum monachorum sub beato Benedicto in Monte Cassino.

A. D. 591 officium a sancto Gregorio est ordinatum.

A. D. 1098 coepit ordo cisterciensis sub beato Roberto, abbate in Burgundia.

A. D. 1112 beatus Bernardus intravit monasterium.

A. D. 1126 coepit ordo templariorum.

A. 1200 coepit domus theutonice ordo.

A. D. 1206 coepit ordo fratrum minorum sub beato Francisco in Thuscia. Sub eodem coepit ordo sanctae Clarae anno 1212; anno 1255 est canonizata beata Clara ab Alexandro papa quarto.

Sub eodem beato Francisco coepit tertius ordo ab ipso institutus, cujus regulam anno Domini 1289 Nicolaus papa quartus innovavit et bullavit.

Anno 1208 coepit ordo Praedicatorum sub beato Dominico in Hispania. (4a) Eodem anno Philippus rex Romanorum occisus est in civitate Babenberg (Bamberg).

A. D. 1216 confirmatur ordo Praedicatorum per dominum Honorium papam, et per eundem Honorium coronatur imperator Fredericus.

Pueri innumerales profecti sunt versus terram sanctam dicentes, se velle expugnare eam, et venientes ad mare non habentes sapientiam neque fortitudinem reversi sunt anno 1210.

Anno 1221 obiit beatus Dominicus.

Eodem anno intraverunt fratres minores Wormaciam et receperunt se ad sanctum Nazarium, post autem in vico sancti Petri super ripam perseveranter se locaverunt.¹

Anno 1231 obiit beatus Antonius.

Anno 1254 obiit beata Clara, postquam servierat domino in ordine suo 42 annis.²

Anno 1231 beata Elisabeth obiit, quae fuit filia regis Ungariae et lantgravina Thuringiae. Audivi a fratribus de Ungaria transeuntibus per Basileam hoc, quod sequitur: „Sancta Elisabeth habebat sororem nomine Kingam, quae habuit maritum ducem Poloniae; post cujus obitum intravit monasterium sanctae Clarae et coruscavit miraculis. Habuit etiam fratrem nomine Belam, qui fuit rex Ungariae,

¹ Die Annales Worm. (in Mon. G. Ss. XVII. S. 38) berichten zum Jahre 1221: „Eodem anno pervenerunt primo in Wormatiam fratres minores. Et tunc receperunt domum apud S. Nazarium. Postea transtulerunt se prope vicum s. Petri.“

² Die hl. Clara starb 1253.

qui etiam coruscavit miraculis. Item habuit alium fratrem nomine Colomanum, qui habebat ducatum in Ungaria et similiter coruscavit miraculis.¹ Item in monasterio supradicto Kingae sunt 140 personae et frater Dorso, laicus de ordine Praedicatorum, cum discipulo suo Johanne attrahens sibi magistrum Conradum de Marburg cremavit multos pro haereticis.“ Postquam haec scripsi, audivi hoc factum aliter. Narrant hic, quod magister Conradus de Marburg multos cremavit pro haereticis et propter hoc occisus est, qui non erat de ordine Praedicatorum nec talem habuit socium. Volens autem comitem de Seyn cremare, (hic) cum magna difficultate evasit et ivit ad papam. Papa audiens tam iniquum iudicium cassavit, et occisus est frater Dorso et socius suus Joannes suspensus.²

Anno 1243 confirmatur ordo saccitarum, sed 1274 infirmatur per Concilium generale Lugduni.

A. D. 1219 et conversionis ejus tertio decimo³ sanctus Franciscus misit fratres in Franciam, Ungariam, Hispaniam et Theutonium et alias provincias Italiae, ad quas non pervenerant; sed in Ungariam missi contumeliis affecti redierunt in Italiam. Demissi in Hispaniam quinque sunt martyrio coronati. Similiter in Theutonium missi affecti contumeliis reversi sunt, et sic tota prima missio est annullata.

Anno 1221 frater Caesarius (4b) factus est minister Theutoniae et ad eam missus.

Eodem anno idem minister de Augusta misit fratres ad diversas provincias Theutoniae.

Anno 1222 fratres in Colonia sunt locati, et erant tunc tam pauci sacerdotes, quod unus novitius in Wormacia et Spira in magnis solemnitatibus celebravit.

Anno 1223 regula minorum fratrum est confirmata.

Eodem anno frater Albertus Pisanus, secundus minister Theutoniae, convocatis senioribus fratribus Theutoniae celebravit capitulum in nativitate beatae Virginis in Spira extra muros, scilicet apud leprosos, in quo tractatum est de statu et dilatatione ordinis. Unde circummissi sunt fratres in Saxoniam et benevole sunt recepti. Receperunt quoque loca in Hildesheim, Braunschweig, Goslar, Halberstadt et Magdeburg.

Anno 1224 sunt fratres in Ungariam destinati.

Anno 1225 fratres inceperunt domus in Erfurt, Eisenach et Nordhausen.

¹ Vgl. Montalembert, Histoire de S. Elisabeth, 2. Theil Kap. 33, wo die obigen Angaben ergänzt und richtig gestellt werden.

² Vgl. Annales Worm. (a. a. O.) S. 39.

³ Vgl. Anal. Franciscana Bd. II S. XXVI ff.

Anno 1227 in generali capitulo frater Joannes Parens, civis antea Romanus et dominus legum¹ de civitate Castellana natus, primus minister generalis est electus. Statim post hoc frater Julianus de Anglia venit in Alemanniam, qui post historias sancti Francisci et Antonii pulchro stilo et melodia composuit.

Anno 1228, quo sanctus Franciscus est canonizatus, frater Joannes de Planis Carpinis minister Theutoniae est institutus, qui misit fratres in Bohemiam, Ungariam, Poloniam, Daciam et Norwegiam.

A. D. 1233 venerunt fratres in Daciam.²

Anno 1229 frater Johannes Anglicus primus visitator in Theutonium est destinatus.

1230 in capitulo generali ministratio Theutoniae divisa est in duas, scilicet in ministrationem Rheni et Saxoniae; de eodem concilio breviaria et antiphonaria sunt transmissa.

A. D. 1232 in capitulo generali Romae frater Joannes Parens generalis est absolutus et frater Elias ei substitutus, qui pro opere sancti Francisci complendo Assisii fecit collectas et exactiones per totum ordinem et plurima non convenientia ordini disponebat; infra septem annos non tenebat capitulum generale; sed fratres consilio habito intendebant ordini providere, inter quos erant praecipui frater Alexander et frater Joannes de Rupella, magistri tunc Parisienses.

Anno 1237 misit frater Elias visitatores sibi adhaerentes per totum ordinem, qui in factis suis minus erant ordinati.

Anno 1237 fratres Saxoniae contra visitatorem appellabant ad generalem, apud quem nihil proficientes, (5a) ad papam, et hoc profuit.

Anno 1239 in capitulo generali ordinatum est, ut essent electiones ministrorum, custodum et guardianorum; in quo concilio frater Elias absolutus est, cum septem annis praefuisset, et frater Albertus substitutus. In eodem concilio provinciae sunt distinctae.

Anno 1240 Calendis Februarii frater Albertus generalis tertius obiit, cum praefuisset octo mensibus et aliquot diebus, et frater Haymo Anglicus ei successit. Eodem anno facta est ecllypsis solis in dominica, quae tunc fuit Michaelis.

Anno 1241 dominus Gregorius IX. obiit, cui successit dominus Coelestinus, qui vixit tantum 17 diebus.

Anno 1243 Innocentius papa quartus fuit electus.

Eodem anno³ ab eodem domino Innocentio celebratum est

¹ „Dominus“ hier gleich „doctor“; vgl. Du Cange, Glossarium.

² Vgl. Langebek, *Scriptores rerum Danicarum* Bd. V. S. 511, wo eine Ordenschronik die Ankunft der Minderbrüder in Dänemark in das Jahr 1232 setzt.

³ Das Konzil war bekanntlich 1245.

concilium in Lugduno, ubi convenerunt 330 episcopi, et dominus papa deposuit Fredericum imperatorem et excommunicavit eum.

Eodem etiam anno fratres minores exiverunt de Wormacia.¹ Sub eodem domino Innocentio beata Clara migravit a saeculo, ad cujus exequias idem dominus papa cum cardinalibus venit et eam canonizavit.²

Anno 1244 obiit frater Haymo generalis, et frater Crescentius est ei substitutus. Eo tempore fratres a Frederico per papam ab imperio finaliter deposito in concilio Lugdunensi valde sunt vexati, de multis locis ejecti et quidam interfecti pro eo, quod ecclesiae fideliter astiterunt, quod nulli alii religiosi fecerunt.

Anno 1246 revocati sunt fratres nostri in Wormaciam ab episcopo Landolfo.

Sequenti anno, scilicet 1247, mortuus est rex Romanorum Henricus.

Anno 1248 in capitulo Lugdunensi³ frater Crescentius est absolutus, cum ipse et frater Haymo septem annis praefuissent, et frater Joannes de Parma est ei substitutus.

Eodem anno rex Romanorum Wilhelmus coronatus est.

Anno 1250 Fredericus quondam imperator obiit in die sanctae Luciae; quidam dicunt, quod in excommunicatione, alii autem, quod fuit absolutus.

Anno 1254 Alexander papa quartus fuit creatus.

Eodem anno obiit rex Romanorum Conradus.

Anno 1256 frater Bertholdus de ordine fratrum minorum praedicavit in Alemannia cum magna utilitate et aedificatione cleri et populi.

Eodem anno rex Romanorum Wilhelmus occisus est a Frisonibus.

Eodem anno dux Bavariae Ludovicus decollavit uxorem suam Mariam.

Anno 1257 in capitulo congregato in purificatione frater Joannes de Parma, cum decem annis praefuisset, est absolutus et frater Bonaventura ei substitutus.

¹ Die Annales Worm. (a. a. O. S. 48) sagen, nachdem sie erzählt haben „multi exierunt sacerdotes et monachi,“ über die Gründe: „Erat tunc temporis tribulatio magna in civitate Wormatiensi tam ab episcopo proprio, quam Moguntino et Coloniensi Archiepiscopis, qui intus cum interdicto et extra vexationibus et tribulationibus eos multum molestabant, dicentes eos haereticos et non christianos bonos, eo quod adhaerebant imperatori haeretico Friderico et schismatico.“

² Vgl. Glassberger (anal. Franc. Bd. II.) S. 73, wo die Mittheilung richtig gegeben wird.

³ Salimbene setzt in seiner Chronik (S. 62) dieses Kapitel in das Jahr 1247, die Chronik der 24 Generäle (Anal. Franc. Bd. III. S. 270) in das Jahr 1248.

Eodem anno fuit rex Romanorum Richardus.

Anno 1258 inchoata est vindemia in Alsatia post festum sancti Galli, et superveniente frigore congelati sunt botri in vineis in tantum, quod in saccis super torcularia portabantur.¹

(5b) Sequenti vero anno crevit vinum, quod vulgariter dicebatur „Turbelman“ propter suam fortitudinem.

Anno 1260 fuit dura guerra inter civitatem Mogunciam et Humbertum de Ariete.²

Eodem anno valuit carrata vini illius terrae circa Mogunciam 10 sol. et vas unam libram.

Anno 1262 obiit dominus Alexander IV. papa, cui successit Urbanus IV.

Eodem anno facta est processio poenitentium per Alsatiam et alia loca, qui denudatis scapulis dorsa sua et scapulas aspere flagellabant.

Anno 1265 Clemens papa IV. creatus est. Circa idem tempus fuit minister provincialis frater C(onradus) de Coeliporta; quo absoluto successit ei Albertus; quo etiam absoluto successit ei frater Conradus, dictus Probus, lector Constantiensis.³

Anno 1266 sorores sanctae Clarae venientes de paradiso, qui est locus circa Schaffhausen, receptae sunt in Basilea, in loco, qui nunc dicitur Gnadenthal, sed post translatae sunt trans Rhenum in locum Saccitarum.⁴

Anna 1270 rex Franciae Ludovicus mortuus est apud Tunisium in transfretatione contra infideles.

Anno 1272 sorores sanctae Clarae receptae sunt in Moguncia et introductae per Humbertum de Ariete, civem Mogunciensem, qui etiam aedificavit eis locum.⁵

Anno 1273 comes Rudolfus de Habsburg obsedit civitatem Basileensem tempore messium, scilicet in vigilia beatae Margarethae, 5 vel 6 diebus; postea tempore autumnali ejusdem anni comes electus fuit concorditer a principibus in regem Romanorum, excepto rege Bohemiae, in festum sancti Hieronymi die subsequente. Qui obiit a. D. 1291 Idibus Julii die Dominica, cum regnasset 18 annis minus 11 hebdomadis.

¹ Vgl. die Annales Colmarienses (M. G. H. XVII) S. 191: „Vindemia mala et botri in saccis ad propria ferebantur.“

² Ueber diese Fehde zwischen der Stadt Mainz und der Familie de Widder fehlen andere Nachrichten.

³ Vgl. Eubel a. a. O. S. 159 ff.

⁴ Vgl. Eubel a. a. O. Anm. 122.

⁵ Vgl. Eubel a. a. O. Vorwort S. VI.

Eodem anno frater Bonaventura vocatus est ad cardinalatum a domino Gregorio decimo et factus est dominus Albanensis. Cui successit frater Hieronymus, qui etiam vocatus est ad cardinalatum, et successit ei frater Bonagratia, electus in generali capitulo Assissii celebrato.

Anno 1274 dominus Gregorius X. papa celebravit concilium in Lugduno et deposuit ordines mendicantes exceptis Praedicatoribus et Minoribus; sed Augustinos et Carmelitas ita manere permisit, donec deliberaret. Et frater Hieronymus minister generalis fratrum minorum fuit missus a papa pro Graecis, qui adduxit eos ad concilium, et facti sunt obedientes ecclesiae Romanae, concordantes cum ecclesia catholica in fide sunt poenitentes et abjuraverunt errorem suum simpliciter et pure.

In eodem concilio obiit frater Bonaventura de ordine fratrum minorum cardinalis et post (6a) sepultus ibidem apud eosdem fratres.

Anno 1275 idem dominus Gregorius papa existens in Lausanna consecravit fratrem Henricum magistrum in episcopum Basiliensem.¹

Anno 1276 factus fuit papa Innocentius IV., qui fuit de ordine Praedicatorum, et vixit a festo s. Fabiani et Sebastiani usque ad festum sancti Joannis Baptistae. Cui successit dominus Adrianus V., qui vixit non plene per duos menses, et sepultus est in Viterbio apud fratres minores.

Anno 1277 fuit papa dominus Joannes XXI., super quem cecidit murus, et mortuus fuit infra hebdomadam.

Anno 1278 fuit papa dominus Joannes Gaietanus et vocatus fuit Nicolaus III.²

Eodem anno occisus fuit rex Bohemiae Othacarus a rege Romanorum Rudolfo.

Anno 1279 frater, qui dictus Probus, minister provincialis fratrum minorum in Alemannia factus fuit episcopus Tullensis.³

Eodem anno fuit capitulum generale in Assisio, et fuit generalis minister frater Bonagratia. Eodem tempore dominus Nicolaus papa fecit declarationem super regulam fratrum minorum, quae sic incipit: „Exiit, qui seminat.“

Eodem anno sorores sanctae Clarae in Friburgo Brigaviae sunt receptae.⁴

¹ Ueber Bischof Heinrich von Basel, der später Erzbischof von Mainz wurde, vgl. Eubel im Hist. Jahrbuch der Görres-Gesellschaft, J. 1888 S. 393–449.

² Die Wahl war am 25. Nov. 1277.

³ Ueber Bischof Konrad von Toul vgl. Eubel im Hist. Jahrb. der Görres-Gesellschaft, J. 1888 S. 650–673.

⁴ Vgl. Eubel a. a. O. Anm. 137.

Eodem etiam anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Reutlingen, ubi frater Th. Golinus, qui tunc fuit lector Basiliensis et olim fuit custos super Rhenum, electus fuit in Ministrum provinciale.

Anno sequente, scilicet 1280 fuit capitulum provinciale in Moguncia.

Eodem anno receptae sunt domus fratrum in Burgdorf et in Solothurn.

Anno eodem Domini fuit capitulum in Friburgo Burgundiae.

Anno 1282 celebratum fuit capitulum generale Argentinae; circa idem tempus recepta fuit iterato domus fratrum in Heidelberg, quae derelicta fuit a tempore Frederici imperatoris.

Anno sequente scilicet 1283 fuit capitulum provinciale Ulmae.

Anno 1284 fuit capitulum Spirae; eodem anno recepta est domus fratrum in Lutra.¹

Anno 1285 fuit generale capitulum Mediolani, in quo fuit generalis Minister Arlotus, qui successit fratri Bonagratiae mortuo in officio ministerii; mortuo autem fratre Arloto successit ei frater Matthaeus de Aquasparta. Quo assumpto in cardinalatum successit ei frater Raymundus de provincia Provinciae, magister in theologia.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Basilea.

Eodem etiam anno receptae sunt domus in Mühlhausen et Breisach.²

Anno sequente scilicet 1286 fuit capitulum provinciale Wormaciae.

Eodem anno episcopus Basiliensis de ordine fratrum minorum, scilicet frater H(enricus) de Isnia, quondam lector in Moguncia, translatus est de ecclesia Basiliensi et factus est archiepiscopus Moguntinus.

Anno 1287 factum est capitulum generale in Montepessulano; (6b) ibi electus est in ministrum generalem frater Matthaeus de Aquasparta, lector curiae Romanae.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Herbipoli.

Anno 1288 fuit capitulum in Heilbronn.

Eodem anno dominus Hieronymus cardinalis, quondam generalis minister ordinis, electus est in papam et vocatus est Nicolaus IV.

¹ Vgl. Eubel a. a. O. Anm. 99, wo als Jahr der Gründung für das Kloster in Kaiserslautern 1290 angenommen wird.

² Vgl. Eubel a. a. O. Anm. 80 und 103.

Anno sequente, scilicet 1289, post Pascha in Dominica „Cantate“ fuit capitulum in Schaffhausen, et in Pentecoste sequente fuit capitulum generale in Reate, existente ibidem domino Nicolao papa quarto; qui etiam eodem anno innovavit et bullavit regulam tertii ordinis, quem beatus Franciscus instituit.

Eodem anno in assumptione beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Esslingen, in quo electus fuit in ministrum frater Bertholdus de Columbaria (Colmar), lector Constantiensis.

Anno sequente fuit capitulum Columbariae.

Anno 1291 fuit capitulum Hagioniae (Hagenau).

Eodem anno fuit provinciale capitulum in Villingen in nativitate beatae Virginis Mariae.¹

Anno 1292 fuit capitulum generale Parisiis in Pentecoste, et postea in medietate circa festum b. Margarithae obiit rex Romanorum Rudolfus Spirae, sepultus etiam ibidem, cum regnasset annis 18 minus 11 hebdomadis. Cui successit Adolfus comes de Nassau, eodem anno electus concorditer a principibus. Qui cum regnasset annos 6, occisus est anno 1298 in conflictu, veniente contra se Alberto duce Austriae, filio quondam regis Rudolphi, in festo sanctorum Processi et Martiniani, qui etiam ei in regno successit.

Anno sequente scilicet 1293 fuit in Francfurt capitulum in Pentecoste.

Anno 1294 fuit capitulum in Friburgo Brisgaviae.

A. D. 1295 fuit capitulum generale Romae,² ubi de voluntate Bonifacii papae fuit depositus frater Raymundus generalis minister,³ et electus fuit frater Joannes de Murro in festis Apostolorum Petri et Pauli. Eodem anno fuit capitulum provinciale in Moguncia in nativitate beatae Virginis.

Anno sequente fuit capitulum in Esslingen.

Anno 1297 fuit capitulum provinciale in Argentina, ubi electus fuit in ministrum frater H(enricus) de Otendorf, tunc custos Sueviae et olim lector Spirensis.⁴

Anno eodem recepta est domus fratrum in Thann.

A. D. eodem in Pascha fuit capitulum Ratisbonae, et in proximo sequente festo sanctorum Processi et Martiniani rex Roma-

¹ Glassberger setzt wohl mit Recht das Kapitel auf das Jahr 1292 (S. 106).

² Nach andern Auktoren wurde das Kapitel zu Assisi gehalten.

³ Vgl. Glassberger S. 107: „Eodem anno contulit dominus Bonifacius Papa VIII. fratri Raymundo, Generali Ministro, episcopatum Paduanum et eum ab officio ministerii generalis absolvit. Qui episcopatus non consentiens remansit ab officio absolutus.“

⁴ Vgl. Eubel a. a. O. S. 162.

norum occisus est a duce Austriae, et sepultus est in Rosenthal, qui etiam successit ei in regno (7a), electus post a principibus.

Eodem anno combusta est domus cellarum fratrum minorum in Basilea, scilicet prima nocte post octavam assumptionis beatae Virginis.

Anno 1299 in Pentecoste fuit capitulum generale Lugduni.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Thurego (Zürich).

Anno 1300 fuit capitulum Spira. Eodem tempore dominus Bonifacius VIII. fecit sextum decretalium et canonizavit regem Franciae dominum Ludovicum.¹

Anno 1301 fuit capitulum provinciale Basileae.

Anno 1302 fuit capitulum in Herbipoli, ubi electus fuit in ministrum provinciale frater H(enricus) de Ravensburg, lector Constantiensis et quondam custos Sueviae.

Anno 1303 fuit capitulum Columbariae in Pentecoste.

Anno 1304 in Pascha fuit capitulum generale, ubi factus fuit generalis minister frater Gunsalvus, magister in sacra theologia; et magister ordinis Praedicatorum factus fuit papa, vocatus Benedictus XI., et sedit non plene per annum.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Esslingen.

Anno 1305 fuit capitulum in Pentecoste in Augusta.

Eodem anno Clemens papa V. est electus.

Anno 1306 fuit capitulum Constantiae in Pentecoste.

Anno 1307 fuit capitulum generale Tolosae.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Wormacia. Rex Romanorum Albertus occisus fuit crastino Philippi et Jacobi a suis ministerialibus in terra sua non longe ab Habsburg castro, et domina Elisabeth relicta construxit ibidem pro anima praedicti regis duo monasteria, unum fratrum minorum, aliud sanctae Clarae a. D. 1308.²

Eodem anno fuit capitulum in Berno.

Anno 1309 fuit capitulum provinciale in Saarbürg, in quo visitator missus a generali ministro Gunsalvo, scilicet Joannes,³ et Joannes, cum fuisset in provincia amplius quam per annum exercens officium visitatoris, fecit constitutiones quasdam ad reformationem provinciae. In eodem etiam capitulo frater H. de Ravensburg pro-

¹ Die Canonisation fand am 11. August 1297 statt.

² Das berühmte Kloster Königfelden.

³ Im Codex heisst es „visitatores missi . . . scilicet Joannes et Joannes“; es dürfte nur ein Visitator gewesen sein.

vincialis minister absolutus fuit per litteras generalis ministri, et datus fuit minister provinciae frater Petrus Anglicus, magister in theologia.

Eodem anno electus fuit in regem Romanorum dominus H(enricus) de Lucenburg, vir christianissimus, qui primo anno regni sui transtulit corpora duorum regum praedecessorum, scilicet Adolphi et Alberti, et in Spira in sepultura regum cum magna solemnitate sepelivit. Hic vocatus a quibusdam suis curialibus imperii transmontani ivit in Italiam sole ferventissimo et per Dei gratiam obtinuit coronam imperii et fuit in Italia tribus annis cum maximo labore et periculo, ubi domina regina obiit et sepulta (7b) est apud fratres minores in civitate Januensi, et confessor ejus obiit ibidem cum socio suo. Et frater etiam praedicti domini imperatoris occubuit ibidem in conflictu. Idem etiam imperator obtinuit in Italia multas civitates et castra. Postea tamen A. D. 1313 permittente Domino veneno periit, sicut communiter dicebatur, et mortuus est in festo sancti Bartholomaei.

Anno 1310 in Pentecoste fuit capitulum generale Paduae.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Ulma.

Eodem anno clerus civitatis et dioecesis Basiliensis et consules et multi de populo ejusdem civitatis inciderunt in sententiam excommunicationis propter dominum Gerhardum episcopum, quem transtulit dominus papa Clemens de ecclesia Lausannensi ad Basiliensem, quod nolebant eum recipere.¹ Et ideo fratres minores cebraverunt Domino clausis januis fere per annum et dimidium.

Anno sequente scilicet 1311 fuit capitulum in Monachio.

Anno 1312 fuit capitulum in Lindavia. Eodem anno dominus Clemens papa V. tenuit concilium in Vienna, et fecit ibidem septimum librum decretalium, qui tamen per eum non fuit publicatus, sed per successorem, dominum Joannem XXII., post annos sex publicatus est, scilicet a. D. 1318. In eodem concilio idem papa Clemens deposuit ordinem Templariorum. Idem papa Clemens etiam fecit declarationem super regulam fratrum minorum, quae incipit: „Exivi de paradiso.“

Anno 1313 fuit capitulum in Friburgo Brisgoviae in Pentecoste.

Eodem anno mortuus est dominus papa Clemens V., et cessavit papatus ultra duos annos.

Eodem etiam anno in festo beati Lucae evangelistae convenerunt principes in Francfurt ad electionem regis, et electoribus inter se disturbantibus constituti sunt duo reges, scilicet Fredericus dux

¹ Vgl. Vantrey, Histoire des évêques de Bale Bd. I. (Eins. 1886) S. 314.

Austriae et Ludovicus dux Bavariae. Uterque igitur attraxit sibi munitiones terrae suae viciniores et mutuo se impugnantes pluribus annis gravem inter se habuerunt guerram.

Anno 1315 fuit capitulum provinciale Argentinae.

Anno 1316 fuit capitulum generale in Neapoli in Pentecoste.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fuit concilium provinciale in Herbipoli, in quo frater Petrus Anglicus praesentavit litteras absolutionis suae et rediit in suam provinciam, et fuit ibi electus in ministrum provinciale frater H(enricus) de Calheim,¹ lector quondam Argentinensis, (8a) tunc autem baccalaurens Parisiensis. Qui confirmatus per fratrem Michaelem ministrum generalem, post tres annos celebrato capitulo in Spira, ivit Parisios et factus est magister sacrae theologiae.

Eodem etiam anno factus fuit papa Joannes XXII., qui in assumptione beatae Virginis est electus et in nativitate ejusdem consecratus. Et hic canonizavit fratrem Ludovicum, fratrem minorem, archiepiscopum Tolosanum, germanum Roberti regis Siciliae. Hic etiam deposuit et delevit quasdam sectas scilicet Sarobitas et Fratitcellos, qui portabant habitum fratrum minorum, sed nolebant obedire praelatis ipsorum; ordinem et regulam sancti Francisci dicebant se tenere, sed ordinis canoni nolebant subjacere; singularem errorem et periculosam vitam ducebant, cui innitentes nec etiam summo pontifici obediebant, et quia dominus papa in multis eosdem corruptos et vitiosos invenit, ipsos ab ecclesia dei penitus extirpandos decrevit.

Anno sequente scilicet 1317 in Ratisbona fuit capitulum in Pentecoste.

Anno 1318 fuit capitulum in Schaffhausen.

Eodem anno publicatus est septimus liber decretalium, et hic liber continet illam constitutionem editam contra beginas, quae incipit: „Cum de quibusdam mulieribus.“ Quam multi male interpretantes nec inter bonas et malas discernentes multis scandala gravia et indefinita gravamina intulerunt, non solum fidelibus, sed etiam infidelibus.² Quam plures enim episcopi et ecclesiarum rectores et praelati in Alemannia constituti eandem constitutionem, ut dictum est, indiscrete interpretantes et inique exequentes coegerunt mulieres devotas et humiles habitum humilem et asperum deponere, camisias induere, vestes saeculares et coloratas resumere. Mulieres etiam contemnentes voto castitatis astrictas perduxerunt matrimonia contrahere et, quod magis est detestabile, mulieres inclusas de suis inclusoriis

¹ Es kann in der Handschrift „Calheim“ und „Talheim“ heissen, vgl. Glassberger a. a. O. S. 124 A. 1.

² Vgl. Johannes von Winterthur, a. a. O. S. 66.

ejecerunt et eas saeculariter vivere compulerunt. Eandem etiam constitutionem ad personas tertii ordinis, quem beatus Franciscus instituit, ausi sunt retorquere, et hac occasione fratres minores tanquam fautores personarum damnatarum excommunicationis sententiae conabantur involvere. Unde dominus Joannes papa XXII. eandem constitutionem est interpretatus et dixit expresse, ad personas tertii ordinis eam minime extendi,¹ nec tamen propter hoc clerici a fratrum persecutione destiterunt, sed excrescentes in malitia non solum contra fratres, sed etiam contra eorum amicos, scilicet personas saeculares, sententias iniquissimas fulminaverunt (8b) contra justitiam et juris formam. Unde dominus papa supradictus fratribus compatiens memoratis dedit eis conservatores et iudices, scilicet archiepiscopum Bisuntinum, Metensem et Herbipolensem episcopos, ut fratres haberent refugium et celerius possent adhibere remedium.²

Archiepiscopus igitur Bisuntinus, postquam dicta cognovit, clericis sub poena excommunicationis praecipiendo mandavit, ut processus factos contra fratres revocarent et a talibus de cetero abstinere. Sed clerici tanquam animo obstinati et corde indurati et praecipue in episcopatu Basiliensi vilipendentes summi pontificis declarationem et archiepiscopi excommunicationem, in sua contumacia perdurarunt et in odium fratrum in civitate Basiliensi interdictum posuerunt. Quod duravit ultra spatium unius anni. In aliis etiam civitatibus et villis ejusdem dioecesis, quocumque fratres venerunt, clerici per triduum a divinis cessaverunt. Insuper amicis fratrum et eis adhaerentibus ecclesiastica sacramenta negaverunt, scilicet baptismum parvulorum, eucharistiae sacramentum etiam in extremis; mortuos etiam sepelierunt in campis. Praeterea prohibuerunt sub poena excommunicationis, ne aliquid eis elemosynae facerent vel necessaria corporis venderent et ne aliquo modo eis participarent.

Hoc idem de adhaerentibus eis statuerunt et per talia ad abjuramentum fratrum multos compulerunt. Haec persecutio duravit ultra spatium trium annorum. In hac fratrum turbatione clericis saecularibus astiterunt religiosi, et praecipue fratres praedicatores, qui etiam ipsis efficaciter sunt cooperati. In ista etiam persecutione adhaeserant fratribus fideliter cives Basilienses et maxime consules. Comes etiam Phirretarum (Pfirt), quamvis in principio vacillavit, postquam justitiam fratrum per declarationem papalem cognovit, fideliter et perseveranter eis astitit et constanter ipsos defendit. Postea

¹ In seinem Schreiben „Etsi Apostolicae Sedis“ vom 23. Febr. 1319; vgl. Wadding Bd. VI. Regestum Pontif. S. 523 und Eubel, Bullarium Franc. V. N. 354.

² Schreiben „Dilectos filios“ vom 26. April 1319; vgl. Wadding, a. a. O. S. 529 und Eubel, Bull. Franc. V. N. 365.

igitur executor hujus iniquae interpretationis fuit episcopus Constantiensis, qui etiam eodem anno mortuus fuit.¹ Ceteri autem sunt imitatores ejus, archiepiscopus Moguntinus² et suus in hoc consiliarius magister Nicolaus, qui etiam facti sunt ei similes in poena, nam et ipsi postea in brevi ambo sunt defuncti. Item episcopus Basiliensis pro eadem causa ad curiam est citatus,³ suus consiliarius atque officialis, qui gravius etiam quam ceteri incumberebat fratribus, est interfectus. Frater etiam comitis de Nydowe, existens praepositus ecclesiarum Basiliensis et Solothurnensis, (9a) praedictis in praedicta iniqua sententia consentiens, fratribus minoribus et eis adhaerentibus plura gravamina intulit, qui et ipse simul cum praedictis tali persecutione durante mortuus fuit. Perpendant ergo fideles, quam Deo displicuerit tale factum, quod sic graviter est punitum.

Anno 1319 in Pentecoste fuit capitulum generale Marsiliae.

Eodem anno in assumptione beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Spira; quo celebrato statim ivit minister Parisios et factus est magister sacrae theologiae.

Anno 1320 in nativitate beatae Virginis fuit capitulum in Neuburg.

Circa idem tempus rex inferior scilicet Ludovicus assumptis secum rege Bohemiae et archiepiscopo Trevirensi cum magno exercitu Argentinam venit et a clero et populo religioso et saecularibus ejusdem civitatis processionaliter et solemniter tanquam rex receptus fuit. Et similis reverentia et solemnitas facta fuit ibidem regi superiori scilicet Frederico post celebratam electionem ipsorum anno primo. Cum autem rex Fredericus cognovisset adventum regis Ludovici in Argentina, convocatis fratribus suis ducibus Austriae et armatorum copiosa multitudo ad resistendum ei illuc conveniunt, et pluribus diebus cum multis armatis prope Argentinam ambo manentes et contra se mutuo acies et tentoria erigentes disponente Deo sine laesione hominum ab infecto discesserunt.

Anno 1321 in Pentecoste fuit capitulum provinciale in Basilea. Quando celebrandum fuit capitulum, duo in civitate Basiliensi interdicta erant, ambo in gravamen fratrum posita, unum propter funus clericis ablatum, aliud propter vulnus clerico illatum, quae etiam ambo duraverunt ultra unius anni spatium. Insuper fratres et fratribus adhaerentes per civitatem et dioecesim Basiliensem excommunicati denuntiabantur et de ecclesiis tamquam excommunicati etiam per

¹ Bischof Gerhard von Linnars, gest. 1318.

² Erzbischof Petrus von Aspelt, gest. 1320.

³ Im Schreiben „Dudum dilectis filiis“ vom 18. April 1320; vgl. Wadding a. a. O. S. 545 und Eubel, Bull. Franc. V. N. 396.

fratres Praedicatorum expellebantur, nec poterat super his apud episcopum Basiliensem obtineri aliqua gratia, ut saltem per capitulum haberent divina, sed magis idem episcopus nitebatur praedictum capitulum impedire et familiares fratrum et amicos ab ipsis cum effectu alienare. Qua de re fratres et fratrum amici non modicum sunt turbati, sed subito convertit Deus eorum turbationem et tristitiam in gaudium et laetitiam. Nam feria tertia proxima ante Pentecosten, scilicet in die sanctorum Marcellini et Petri, venit bulla in Basileam quasi divinitus procurata et missa, in qua dominus papa omnes sententias interdictorum ipsaque interdicta usque ad beneplacitum sedis apostolicae suspendit omnesque illos et singulos, qui (9b) aliis excommunicationum sententiis hinc inde postmodo quacun- que auctoritate prolatis ligati fortassis existunt vel propter praemissa incurrisse modo quolibet dicentur, absolvit.¹ Haec bulla lecta est in feria VI. sequente, quando fratres ingrediebantur capitulum coram civibus et aliquibus clericis saecularibus et religiosis.

Eodem die fratres resumpserunt divina aperte et solemniter vespas celebrando. Eadem autem bulla in die Pentecostes pronunciata est populo in ecclesia sancti Petri civitatis Basiliensis; custodes ejusdem ecclesiae et ex tunc clerici saeculares et religiosi continuaverunt nobiscum divina et communicaverunt nobis in divinis. Et factum est ergo gaudium magnum in illa civitate non solum congregationi fratrum, sed etiam universitati civium, maxime autem amicis fratrum. Et ut aliquid in speciali de hoc ponam, in die sancto Pentecostes procurator Praedicatorum scilicet dominus C. Mortarius, qui antea fratribus fuit contrarius, assumptis suis propinquis venit cum tympano ad prandium fratrum, ut omnibus ostenderet suum gaudium. Item Judaei videntes populum civitatis esse in tanto trepidio, ut se christianis in hoc conformarent, venerunt et ipsi feria secunda sequente cum magna processione, viri scilicet cum uxoribus, fratribus in prandio existentibus. Item feria tertia fratres Praedicatorum cum solempni processione receperunt nos in ecclesia sua ad divina. Eodem die cives dederunt nobis pitantiam, et ministraverunt personaliter ad missam sanctam meliores de civibus. Item feria quarta et quinta Praedicatorum duodecim comederunt nobiscum in prandio. Eadem feria quinta fratres nostri cantores celebraverunt missas in monasteriis Praedicatorum, scilicet in Clingenthal et ad Lapidem,² quae etiam ambo honorifice propinaverunt capitulo. In suprascripto capitulo favente et

¹ Vgl. die Bulle. „Significarunt nobis“ vom 20. März 1321, Eubel, Bull. Franc. V. N. 426; dieser Bulle hat die Chronik einige Stellen wörtlich entnommen.

² Das Dominikanerinnenkloster „zu den Steinen“; vgl. Müllinen, Helvetia sacra II (Bern 1861) S. 165.

fovente Deo fratres fratres, ut timebatur, nulla sunt ab extraneis molestia gravati, sed ab omnibus reverenter et benigne pertractati et in necessariis corporis bene procurati. Divina etiam solemnia sunt resumpta et deinceps ab ipsis et ab aliis saecularibus et religiosis concorditer continuata ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, qui est benedictus in saecula saeculorum.

Eodem anno fuit eclipsis solis in die sanctorum Joannis et Pauli¹ feria sexta hora diei quasi secunda, scilicet quando fratres in Basilea cantabant Primam et Tertiam, quas in diebus jejuniorum consueverunt in isto conventu continuare, et duravit (10a) obscuritas notabilis quasi ad spatium unius horae, id est usque ad horam diei tertiam.

Eodem anno frater comitis de Buecheck, dominus Mathias, custos Monasterii Murbacensis ordinis sancti Benedicti Basiliensis dioecesis, factus est archiepiscopus Moguntinus et receptus est honorifice a clero et populo civitatis Moguntinensis in die sanctae Luciae virginis et martyris.²

Anno 1322 in Pentecoste fuit capitulum generale Parisiis.

Eodem anno in curia romana mota est quaestio de paupertate per dominum Joannem papam XXII., et status fratrum minorum et regula sunt valenter impugnata. Minister autem generalis frater Michael et alii fratres tam praelati quam subditi concorditer et constanter restiterunt suis adversariis; et frater etiam Bonagrata de Bergamo laicus, sed in jure peritissimus, fortissime pugnavit pro ordine. Qui anno sequente scilicet 1323 circa purificationem beatae Virginis ductus est ad palatium papae et ibi tamquam captivus detentus quasi undecim mensibus, scilicet usque ad vigiliam Nativitatis Christi.

Eodem etiam anno in nativitate beatae Virginis fuit capitulum provinciale in Columbaria. Circa idem tempus, scilicet proxima, die ante festum sancti Michaelis, id est quarto Calendas Octobris, dux Austriae Fredericus et dux Bavariae Ludovicus contententes pro regno Romano se pro regibus manere voluntarie praemuniti (?) et ex proposito congressi in Bavaria, et in prima congressione sive impetu Australes repulerunt Bavaros, et vexillum principale subrepserunt, et in ista acie fuit ipse rex Fredericus cum insigniis regalibus. Illis lassatis Salzburgenses et Passavienses, qui debebant succedere, inierunt fugam cum 400 galeatis, et in illa fuga visa et proclamata coeperunt Australes deficere et Bavari proficere, ita quod finaliter triumphave-

¹ Am 26. Juni.

² Matthias Graf von Buecheck war Erzbischof von Mainz 1321—1328.

runt Bavari; occisi hinc inde ad duo millia et plus et capti cum rege Frederico et fratre suo duce H(enrico), ut dicebatur, 1450. Postea ante festum Omnium Sanctorum proxime sequens, scilicet tertio Calendas Novembris, in sero comes de Kyburg dominus Eberhardus gerens se pro clerico interfecit fratrem suum Hartmannum militem, vulneratus tamen post ut dicebatur ab eodem fratre suo in castro Thucio.

Anno 1323 in Pentecoste fuit capitulum provinciale in Ulma.

Eodem anno canonizatus est frater Thomas de ordine Praedicatorum per dominum Joannem papam XXII.

Eodem anno in nativitate beatae Virginis fratres Praedicatores tenuerunt capitulum provinciale in Basilea.

Anno 1324 in Epiphania Domini post prandium pronunciata (10b) est bulla papalis in Basilea publice in summo ex parte episcopi Basiliensis, in qua dux Bavariae Ludovicus, qui se gessit pro rege Romanorum, admonitus est, ne deinceps se intermittat de regno.¹ Et postea in vigilia sanctorum martyrum Perpetuae et Felicitatis² mane hora Primarum pronunciata est alia bulla similiter in Basilea, et in summo, in qua idem dux Bavariae Ludovicus iterato est admonitus et prohibitus sub poena excommunicationis, ne ultra se intromittat de praedicto regno.³ Huic pronuntiationi secundae interfuerunt duces Austriae, scilicet Leopoldus et Albertus, et episcopus Argentinensis et alii multi saeculares et clerici.

Eodem die comes Phirretarum, qui tunc venerat in Basileam, infirmatus est graviter et mortuus in vigilia beati Gregorii, scilicet in Dominica, qua cantatur „Reminiscere“, et eodem die ductus est in Thann ad sepeliendum.

Anno 1325 17. Calendas Aprilis sabbato ante Dominicam „Laetare“ mortuus est dominus Gerhardus episcopus Basiliensis, qui fuit oriundus de dioecesi Lausannensi, scilicet de castro Vipplingen, et feria sexta proxime sequenti scilicet 11. Calendas Aprilis, id est in crastino S. Benedicti, dominus Hartungus monachi (Münch) est electus in episcopum, et eodem die (?) scilicet feria quarta post Palmas confirmatus est per dominum archiepiscopum Bisuntinum cum multa solemnitate in loco, qui dicitur Mondirre. Crastino autem,

¹ Die Bulle „Nuper contra dilectum“ vom 8. Okt. 1323; vgl. Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwig des Bayern (Innsbruck 1891) N. 342.

² Am 6. März.

³ Die Bulle „Dudum videlicet“ vom 7. Jan. 1324; vgl. Vatik. Akten N. 342a.

scilicet feria quinta in Coena Domini, receptus est in Basilea cum processionibus cleri et omnium regularium.¹

Eodem anno celebratum est capitulum provinciale in Argentina post Pascha Dominica, qua cantatur „Misericordia Domini,“ et ad illud capitulum de qualibet custodia venerunt septem fratres tantum; de corpore ejusdem capituli fuerunt tantummodo 44 fratres, et duravit idem capitulum undecim diebus, scilicet a feria sexta ante „Misericordia“, usque ad feriam secundam post Dominicam „Jubilate“, et fuit provincia sine capitulo fere duobus annis minus 5 vel 4 septimanas.²

Circa idem tempus dux Austriae Fredericus, quem dux Bavariae Ludovicus captum tenuerat amplius quam duobus annis, dimissus est a captivitate et traditus libertati.

Eodem etiam anno in Pentecoste celebratum est capitulum generale in Lugduno.

Hic ponuntur nomina et ordo generalium ministrorum.

Primus minister ordinis fuit beatus Franciscus. Post ejus obitum frater Joannes Parens primus minister generalis in ordine electus est; post ejus absolutionem frater Elias; quo absoluto successit frater Albertus. Quo defuncto successit ei frater Haymo Anglicus. Quo defuncto successit ei Crescentius. Quo absoluto successit ei frater Joannes de Parma. Quo absoluto successit ei frater Bonaventura. Quo ad cardinalatum assumpto successit ei frater Hieronymus. Quo vocato ad cardinalatum successit ei frater Bonagratia. Quo mortuo successit ei frater Arlotus. Quo defuncto successit ei frater Matthaues de Aquasparta. Quo assumpto ad cardinalatum successit ei frater Raymundus. Quo absoluto successit ei frater Joannes de Murro. Quo ad cardinalatum assumpto successit ei frater Gunsalvus. Quo mortuo successit ei frater Alexander. Quo defuncto successit ei frater Michael. Quo absoluto est electus frater Geraldus. Quo assumpto ad patriarchatum est electus frater Fortanerius, lector in curia. Quo facto episcopo Ravennensi electus est frater Wilhelmus.

Hic ego frater composui nomina ministrorum provincialium, qui fuerunt in Alemannia a tempore, cujus mihi constat memoria.³

Circa annum Domini 1261 fuit minister provincialis frater C(onradus) de Coeliporta. Quo absoluto successit ei frater Albertus. Quo absoluto successit ei frater C(onradus), dictus Probus, lector

¹ Die Wahl wurde vom Papste nicht bestätigt, und an Hartung's Stelle wurde Johann I. von Chalons (1325–1335) Bischof von Basel; vgl. Vautrety a. a. O. S. 329 ff.

² Vgl. Eubel a. a. O. S. 162.

³ Vgl. Eubel a. a. O. S. 159; es fehlt Heinrich von Otendorf.

Constantiensis. Quo assumpto ad episcopatum Tullensem successit ei frater Thidericus, dictus Golinus, lector Basiliensis. Quo absoluto successit ei frater Bertholdus de Columbaria, lector Constantiensis. Quo mortuo successit ei frater H(enricus) de Ravensburg, lector Constantiensis. Quo absoluto successit ei frater H(enricus) de Calheim, baccalaureus (11b) Parisiensis, qui postea factus magister theologiae.¹ Quo absoluto successit frater Rudolfus de Erstein, cuctos Rheni et Sueciae. Quo absoluto successit frater Joannes de Ravensburg, qui fuerat custos Sueviae et lector Argentinensis. Quo absoluto, anno scilicet 1346, datur pro ministro Joanne frater R(udolfus) de Mokigen.² Quo mortuo successit ei frater Albertus de Marbach, lector Argentinensis.

Anno Domini 1316 in capitulo Neapoli recollectus est numerus *ultramontanarum* provinciarum subscriptarum.

Provincia Slavonia habet 4 custodias, loca 22, loca sororum 4.

Provincia Romania habet 3 custodias, loca 9, locum sororum unum.

Provincia Romana habet 7 custodias, loca 49, loca sororum 22.

Provincia Thuscia habet 8 custodias, loca 50, loca sororum 22.

Provincia Sancti Francisci habet 7 custodias, loca 66, loca sororum 32

Provincia Januensis habet 6 custodias, loca 33, loca sororum 8.

Provincia Mediolanensis habet 5 custodias, loca 23, loca sororum 8.

Provincia Bononiae pro custodiis 5, loca 42, loca sororum 16.

Provincia Sancti Antonii habet custodias 4, loca 30, loca sororum 12.

Provincia Sancti Angeli Custodis habet custodias 4, loca 22, loca sororum 20.

Provincia Terrae Laboris habet custodias 5, loca 48, loca sororum 9.

Provincia Marchiae habet custodias 7, loca 88, loca sororum 20.

Provincia Perusiensis habet custodias 6, loca 48, loca sororum 16.³

Provincia Apuliae habet custodias 4, loca 23, loca sororum 9.

Provincia Siciliae habet custodias 25, loca 5, loca sororum 2.

Provincia Calabriae habet custodias 3, loca 40, loca sororum 2.⁴

¹ Am Rande ist ergänzt: „frater C. de Witwiler, quo mortuo successit“ (Konrad von Rottweil).

² Vgl. Eubel a. a. O. S. 163.

³ Statt Provincia Perusiensis muss es heißen Provincia Pennensis.

⁴ Die Zahl 40 ist nicht richtig; das alte von P. Eubel neu herausgegebene Provinziale (Provinciale Ordinis Fratrum Minorum vetustissimum, Ad Claras Aquas 1892) kennt nur 18 Klöster dieser Provinz.

Item 33 loca ultra mare in Armenia, Sardinia, Tartaria, ubi fratres sunt in continuo periculo mortis, quando verbum Dei incipiunt praedicare contra sectas illorum infidelium.¹

Item eodem anno et capitulo numerus provinciarum *citra-montanarum*.²

Provincia Hiberniae habet custodias 4, loca 30, loca sororum 6.

Provincia Angliae habet custodias 7, loca 58, loca sororum 12.

Provincia Franciae habet custodias 9, loca 58, loca sororum 12.

Provincia Turoniae habet custodias 4, loca 33, loca sororum 1.

Provincia Burgundiae habet custodias 6, loca 36, loca sororum 12.

Provincia Provinciae habet custodias 8, loca 58, loca sororum 8.

Provincia Aquitaniae habet custodias 10, loca 62, loca sororum 14.

Provincia Coloniae habet custodias 7, loca 48, loca sororum 3.

Provincia Alemanniae superioris habet custodias 6, loca 54, loca sororum 22.

Provincia Saxoniae habet custodias 12, loca 100, loca sororum 15.

Provincia Boemiae habet custodias 7, loca 40, loca sororum 8.

Provincia Austriae habet custodias 6, loca 20, loca sororum 8.

Provincia Ungariae habet custodias 8, loca 43, loca sororum 13.

Provincia Castellae habet custodias 8, loca 40, loca sororum 12.

Provincia Arragoniae habet custodias 7, loca 36, loca sororum 12.

Provincia Portugalliae habet custodias 7, loca 40, loca sororum 13.

¹ Statt Sardinia muss es heissen Syria.

² Es fehlt unter ihnen die Provincia Daciae (Dänemark, Schweden und Norwegen).